



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXVI. Propst und Kapitel des Johannisstifts zu Tangermünde theilen mit  
Consens der Landeshauptleute und des Bischofs den Platz des alten  
Pfarrhofes unter sich zur Errichtung von Curien, am 3. Mai ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

innouare et confirmare gratiosius dignaremur. Nos igitur inspectis benigne orationibus et indefessis obsequiis ditorum prepositi et Capituli nobis exhibitis et in antea feruencius exhibendis ipsorum iustis precibus pie moti, non per errorem aut improvide, sed animo deliberato ac de certa nostra scientia, dictis Preposito et Capitulo omnia et singula ipsorum iura, libertates, gracias, literas' priuilegia, nec non vsus, obseruantias et laudabiles consuetudines prout rite et rationabiliter processerunt, ac si per omnia in suis priuatis clausulis signis et articulis in presentibus de verbo ad verbum inserta consisterent, approbauimus, ratificauimus, innouauimus et confirmauimus, approbamus, ratificamus, innouamus et presentis scripti Patrocinio benignius confirmamus, decernentes eadem obtinere inuiolabilis roboris firmitatem presentium sub nostro appenso sigillo testimonio literarum. Datum Tangermund, Feria secunda die Exaltationis sancte crucis, Anno Domini Milleesimo Trecentesimo octogesimo octauo.

Nach Küsters Tang. Denkwürdigkeiten, S. 150.

XXXVI. Propst und Capitel des Johannisstifts zu Tangermünde theilen mit Consens der Landeshauptleute und des Bischofs den Platz des alten Pfarrhofes unter sich zur Errichtung von Curien, am 3. Mai 1389.

Nos Zabellus Prepositus, Bartholomeus Bohemus, Reynerus Wulkow, Henninghus Duderstadt, Conradus de Lare, Ghifelerus Adolphi, Engelbertus Belkow, Martinus Corui, Vitus Bohemus, Paulus de Gretz et Petrus Manda, Canonici Collegii Noue Capelle sanctorum Johannis Baptiste et Johannis Apostoli et Evangeliste in castro Tangermunde Halberst. Dyoc. capitulariter congregati, capitulantes et capitulum facientes. Ad perpetuam rei memoriam. Uniuersarum gesta rerum tractantium hominum conditiones personarum futili imo leuissimo labantur tempore, nisi custodie memorie literali uidelicet exarationi commendentur. Hinc est quod nos Zabellus Prepositus et Capitulum predicti facta fundatione nostri Collegii et Capituli per serenissimum Principem et dominum nostrum, dominum Karolum quartum Romanorum Imperatorem, semper Augustum et Bohemie Regem inuictissimum diue memorie, commodo paci et quieti cuiuslibet nostrum et successorum nostrorum cautius prouidentes, Aream dotis veteris Ecclesie Tangermundenfis diuisionis funiculo inter nos duximus distribuendam et partiti sumus, prout etiam alias de mandato dicti Domini Karoli Imperatoris et fundatoris nostri per spectabiles viros et Dnos. Johannem de Kothebutz Capitaneum totius Marchie et Jeskonem de Kotehrys, serenissimi principis et Domini nostri Domini Sigismundi Marchionis Brandenburgensis Curie Magistrum, de scientia et pleno censensu venerabilis in Cristo patris et Domini, Domini Alberti, Halberst. Episcopi, presente etiam Venerabili in Cristo patre et Domino, Domino Petro, Lubucensi Episcopo ac dicti Domini Sigismundi Marchionis Brandenburgensis Summo Cancellario, diuisa, distributa et peracta est in hunc modum. Primo uidelicet Dominus Prepositus et successores ipsius in perpetuum debent habere partem domus dotis et aream incipientem a domibus Dominorum Canonicorum Conradi de Lare et alia domo, quam propter structuram ipsius domus nos Zabellus Prepositus predictus ad tempus vite nostre duntaxat nobis reseruauimus; nobis vero de me-

dio sublato, dicta domus transeat ad vsus Canonicorum ex toto. Versus cimiterium edificantes procedendo versus albeam a porta cimiterii intrando in viam de cimiterio ad sinistram manum, ita tamen quod sufficiens via relinquatur versus antiquam Domum prope cloacam, in qua ex nunc quidam Canonici nostri et Capellani ecclesie resident, Et iterum a fine dictarum domorum duarum videlicet Conradi de Lare et alterius domus predictae prope muros cimiterii versus muros ciuitatis ita videlicet quod pars Domini prepositi incipiatur a primo puncto Cellarii domus prepositi et finiatur prope muros Ciuitatis excepta via ibidem relinquenda, et cum hoc habeat mediam partem Ortuli versus domum antiquam prope cloacam et versus albeam Ortulum linealiter cum Canonicis diuidendum, prout iam distinctum et diuisum est et inferius continetur, et hac sola parte dotis seu aree Dominus Prepositus pro tempore existens sit contentus, nec Canonicos super alia parte dotis seu aree structe et non structe cum suis attinentiis et pertinentiis quibuscunque impediatur directe vel indirecte, publice vel occulte. Sed domum antiquam et aream prope cloacam cum parte Ortuli funicaliter et linealiter diuidendi et procedendo vsque ad domum Domini Reyneri Wulkow etiam cum loco stabuli et stabulo, si quis Canonicorum ibidem edificare voluerit, et totam partem dexteram ipsius dotis seu aree portam Cimiterii intrando, incipiendo a puncto Cellarii predicti, edificatam et non edificatam vsque ad viam ciuitatis, que vulgariter Roszvort appellatur, pro Canonicis secundum ordinationem Capituli, prout idem Dominus Imperator per dictos Dominos Johannem de Kothebutz et Jeskonem distribui et diuidi mandauit relictam ac etiam vsibus Canonicorum pro tempore existentium appropriatam et assignauimus et presentibus pro nobis et successoribus nostris assignamus perpetuis temporibus a Canonicis omnibus impedimentis cessantibus possidendam, tenendam et pacifice obtinendam. Que omnia et singula supra dicta grata atque firma tenere volumus et per successores nostros tenenda statuimus. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostri Zabelli, Prepositi in Tanghermunde predicti, vna cum sigillo Capituli nostri de nostro et omnium nostrorum pleno consensu et scientia presentibus est appensum. Datum Tanghermunde, tertio die mensis May Anno Domini MCCCCLXXX nono.

Aus Küsters Tangermünd. Denkwürdigkeiten, S. 31

XXXVII. Bertram von Veltheim, Archidiaconus Balsamiens, genehmigt eine Schenkung König Siegmunds an einen Altar in der Johanniskapelle des Schlosses Tangermünde, am 5. August 1389.

Bertramus de Veltem, dei gracia Archidiaconus Banni terre Balsamie in Ecclesia Halberstadenfi, Honorabilibus ac dilectis nobis in Cristo Canonicis et Capitulo Capelle beatorum Johannis Baptiste et Johannis Apostoli et Ewangeliste in Castro Tangermundenfi Halberstadenfi Diocesis Salutem et sinceram in domino caritatem. Iustis petencium desiderijs subditorum quibus eorum comoditati prospicitur et necessitati subuenitur, presertim cum a juris tramite non recedunt, dignum arbitramur gratiosius inclinari, ipsisque faciliorem adhiberi consensum. Exhibita siquidem nobis pro parte vestra peticio continebat, quod cum Reverendissimus in Cristo pater et Dominus noster, Dominus Abertus, Dei gracia Episcopus Halberstadenfi, de pleno et